

ejusdem penitentis ex non usu sequeretur, statuerunt dictam propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine penitentis, omnino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione, sive limitatione, & presenti decreto prohibent, ne quis ultra audeat talem doctrinam publice, aut privatim docere, aut defendere sub penis arbitrio Sac. Congregationis infligendis; Mandantes etiam universis Sacramenti penitentia Ministris, ut ab ea in praxim deducenda prorsus abstant.

XVI. Sanctissimi D.N. Clementis Divina Providentia Papa XI. Damnatum quamplurimarum propositionum excerptarum ex libro Gallico idioma impresso, & in plures tomos distributo sub titulo: Le Nouveau Testament en François avec de reflexions morales sur chaque verset &c. A Paris 1699. Ac aliter Abregé de la Morale de l'Évangile, des Actes des Apostres, des Epistres de S. Paul, des Epistres Canoniques, & de l'Apocalypse, ou Pensées Chrétiennes sur le Texte de ces Livres Sacrez &c. A Paris 1693. & 1694.

Cum prohibitione ejusdem libri, & aliorum quorumcumque in ejus defensionem, tam hætenus editorum, quam in posterum edendorum.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Universis Christianis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Unigenitus Dei Filius (vid. verb. Constitutio) proposita, &c.

Constitutionem Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIV. incip. Detestabilem: qua anno 1752. quarto idus Novembris, damnavit atque prohibuit quinque propositiones duellorum abusu faventes, jam protulimus ad litteram tom. 2. in verb. Duellum, quam, ne alibi dicta repetatur, vide ibi.

* Decretum autem Sacre Congregationis Inquisitionis Rom. quo novissime damnatæ sunt quadam theses circa usum opinionis probabilis, allatum est tom. 1. verb. Opinio probabilis.*

Qua censura notandus sit, qui Propositiones à Pontifice loquente ex Cathedra damnatas amplectitur adhuc ut probabiles, seu veras; Non omnes in omnibus conveniant Doctores. Quamvis enim omnes communiter conveniant in hoc, quod propositiones damnatæ, ut Hæreticæ, non possint circa hæresim negari tales, nempe quod sint hæreticæ, & falsæ, utpote immediate oppositæ doctrinæ Fidei essentialiter veræ ab Ecclesia definitæ; tamen circa propositiones alias censura notatas, nempe quod sint scandalosæ, temerariæ, erroneæ, seditiosæ, blasphemæ, & hujusmodi, valde discrepant inter se Doctores; Bannes enim quasi. 11. de Fide art. 2. in fine; Turrianus de Fide disp. 55. dub. 5. §. Deinde in aliis; Lugo de virtute Fidei disp. 20. sect. 3. à n. 108. citati à Viva ad Proposit. damnat. quasi. Podroma n. 18. & alii putant solum esse errorem, aut errori proximum negare, quod aliqua talis propositio mereatur notam, qua inuritur à Sancta Sede; ipse tamen Viva cit. q. Podroma ad propositiones damnatas n. 18. cum Maldero, Coninch. & aliis dicit, quod licet propositio alias censura notata, v. g. quod sit scandalosa, citra hæresim negari non possit, quod sit scandalosa, prout ea definitur à Pontifice loquente ex Cathedra; nihilominus negare, quod ea sit falsa in omnium sententia, non continet Hæresim, sed solum errorem, cum non definatur à Sancta Sede immediate ejus falsitas: sed solum per illationem certam descendat falsitas ex eo, quod sit scandalosa; Unde secundum hanc veriore sententiam qui docet, & tenet propositionem scandalosam, non est formaliter, & proprie, seu, rigorose hæreticus, sed solum formaliter, & rigorose scandalosus; & sic temerarius, qui docet, & tenet temerariam, seditiosus, qui seditiosam, & similiter de aliis.

Hinc ad uberiores notitiam juvat hic recensere præcipua censuram genera, quibus notari possunt propositiones referentes doctrinam Fidei Catholicæ, & Christianis moribus nocivam, seu noxiam, à quibus eadem propositiones denominationem sortiuntur.

Hæretica propositio est illa, quæ formaliter opponitur veritati à Deo revelatæ, & per Ecclesiam definitæ, seu ejus contradictoria est de Fide.

Sapiens hæresim est illa, cujus contradictoria non est quidem expresse definita, sed tamen sic communiter recipitur in Ecclesia, ac si esset de Fide, ideoque præbet iudicium saltem probabile judicandi, quod in defensore illius lateat Hæresis.

Suspensa de hæresi est illa, quæ in rigore grammatico vera esse potest; Atamen ex quibusdam circumstantiis personæ, loci, & temporis innuere videtur latentem hæresim.

Hæresi proxima ea est, quæ est contradictoria illi, quæ vel à plerisque habetur tamquam de Fide, vel per evidentem consequentiam inferitur ex una de Fide, & altera indubitata.

Schismatica est illa, quæ aperit viam divisioni Corporis Fidelis à suo capite, seu Romano Pontifice.

Judaica est illa, quæ à Christo sentit cum Judæis, asserens v. g. Christum, seu Messiam nondum advenisse, sed adhuc esse venturum.

Pagana est illa, quæ cum Paganis plures Deos admittit.

Athea est illa, quæ cum Atheis Deum esse negat.

Blasphema est illa, quæ continet injuriam, & irretentiam contra Deum, vel Deiparam, vel Sanctos.

Impia est illa, qua verus cultus Deo, vel Deiparæ vel Sanctis debitus evertitur, vel minuitur.

Erronea est illa, quæ contradicit Conclusioni Theologica, sive deductæ ex una de Fide, & altera evidente.

Errori proxima est, quæ contradicit tali conclusioni, quæ à plerisque, non tamen ab omnibus habetur tamquam Theologica.

Sapiens errorum, suspecta erroris est illa, quæ licet in rigore sermonis non contradicit alicui Conclusioni Theologica, tamen ex circumstantiis personæ, loci, & temporis, gravem adjunciam habet erroris suspicionem.

Scandalosa est illa, quæ immediate, & de se præbet alii occasionem ruinæ spiritualis circa doctrinam morum, & Fidei.

Temeraria positive est illa, quæ contra se habet firmissimas rationes, & gravissimorum Doctorem auctoritates, & pro se nullam firmam, & gravem. Temeraria negative est illa, quæ nec pro se, nec contra se habet ullam rationem, & auctoritatem.

Seditiosa est illa, quæ inducit divisionem in populo, seu concitat tumultum contra Superiores in Ecclesia, vel Republica.

Male sonans est illa, quæ abutitur vocibus contra communem sensum Fidelium, & licet habeat duos sensus, unum Fidei congruum, alterum non congruum; sæpe tamen ab audientibus sumitur in malam partem.

Piarum aurium offensiva est illa, quæ nedom male sonat, sed aliquid insuper indignum, seu indecens in materia Religionis pronuntiat.

Laxa est illa, quæ multum favet conscientia libertati, & in materia morum est nimis litentiosa.

Simpliitium seductiva est illa, quæ sub specie pietatis, vel boni prætextu errorem tegens, apta est simpliitium mentes seducere.

Insana, fabulosa, & mendosa est illa, quæ nec ratione, nec auctoritate constat, neque aliqua verisimilitudine nititur.

Apoerypha est illa, cujus Auctor incognitus, aut incertus est; Vel de qua non constat, quod sit canonica, vel divina.

Antiquata est illa, quæ antiquius admittebatur tamquam probabilis, quia nondum erat cognitum principium certum, sed jam licet non sit expresse damnata, est tamen non impossibilis cum novo decreto Romane Cathedræ.

Im-

45 Improbabilis est illa, quæ nititur motivo fallibili, non gravi, sed simpliciter indigno, propter quod fiat assensus.

* Nota Benedicti XIV. die 16. April. 1745. damnasse dissertationem in casu reservatos Venetæ Diacænos &c. impressam anno 1743. tamquam continentem propositiones respective falsas, malesonantes, scandalosas, & piarum aurium offensivas.*

* Hic ad litteram tradimus sequentem SS. D. N. Benedicti XIV. constitutionem, qua damnantur, & prohibentur quinque propositiones duellorum abusu faventes; Ac veteres leges adversus duellantes editæ nobis penalibus Sanctionibus cumulantur.*

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Detestabilem, ac divina (vid. lit. D. pag. 133.)

PROSPECTUS.

SUMMARIUM.

1 M oniales non possunt habere, & retinere prospectum in Ecclesia secularium, seu Regularium viciorum.

2 Injungitur Episcopo, ut cryptas, & aditus subterraneos à domibus privatorum ad Ecclesias, & loca immunita claudere faciat.

3 Alia ad rem, remissive.

1 Nullo modo debet ab Episcopo permitti, quod in fundatione monasterii, nec postea Moniales habeant prospectum, vel retineant crates correspondentes in Ecclesia Presbyterorum secularium, sive Regularium pro audienda Missa sub prætextu, quod non possint ob illarum pauperum manuteneri Capellanum, sed ubi inveniatur adesse, & retineri, omnino debet mandare removeri, prout ita fieri jussit Sac. Congr. Episc. in Trojana adversus Moniales Annuntiatæ Foggie ad relationem Card. Petrucci 27. Febr. 1693. quæ cum parere distulissent variis excusationibus, iterum recurrentibus Canonicis Collegiatæ, in quorum Ecclesia prospectus in vim concordia retinebatur; Eadem Sac. Congr. 16. Nov. 1696. rescripsit: Episcopus omnino intra mensem decreta Sacre Congreg. exequatur, & procedat ad destructionem transtus; Sic apud Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 19. num. 35.

2 Injungitur Episcopo, ut cryptas, & aditus subterraneos à domibus privatorum ad Ecclesias, & loca immunita claudere faciat; Sac. Congreg. Immunit. g. Martii 1632. lib. 2. Decr. Paulucci part. 115. apud Ricciium in sua Synopsi verb. Episcopus quoad immunitatem num. 30.

3 Alia ad rem, Vide verb. Fenestræ, verb. Ecclesia art. 5. & verb. Porta; ibique adde sequentia ex accidentibus omissa, nimirum: Janua per quam habetur aditus ad Ecclesiam, claudenda est: Sac. Congr. Conc. in Eugubina 1. Junii, & 4. Aug. 1736. non obstante transactione, & concordia cum quadam Societate Lanariorum facta à Dominis de Tundis; Sic apud Thesaur. resolut. Sac. Congr. Concil. tom. 7. quæ resolutiones prostant Remæ apud Maynardum.

PROTONOTARII DE NUMERO Participantium.

SUMMARIUM.

1 Protonotarii unde sint dicti.

2 In Literis Apostolicis appellantur simpliciter Notarii; Cum adjecto tamen de numero Participantium, & quare.

3 Isti Protonotarii, seu Notarii, Sedis Apostolicæ numero septem fuerunt instituti in ipsis primitivæ Ecclesiæ initiis, & ad quid?

4 Hoc septem Notariorum Sedis Apostolicæ Collegium, fuit postea ampliatum ad numerum duodecim; & maximis privilegiis decoratum: quæ assignantur.

5 Officium Protonotariorum: Apostolicorum est venale.

6 Hoc Protonotariorum Collegium fuit semper in maxima veneratione.

7 Olim isti Protonotarii habebant præcedentiam super Episcopos. Nunc vero non; Nisi in Consistoriis publicis, & solemnibus equitationibus, ad n. 8.

9 Isti Protonotarii præcedunt alios Prælatos Curia.

10 Item præcedunt Sacristam Papæ, si non sit Episcopus.

11 Item præcedunt Præceptorem Hospitalis S. Spiritus Urbis, Archimandritam Messanensem, Abbatem Miratos, & Correctorem Cancellariæ.

12 Item præcedunt Canonicos Patriarchalium Urbis.

13 Isti Protonotarii quæ vestes induantur.

14 Refertur decretum Congregationis particularis quoad usum permissum istis Protonotariis Vitæ roseæ coloris, aliarumque præminentiarum in pileo.

15 In capella Pontificia utantur cappis.

16 Unus istorum Protonotariorum semper interuenit in Congregatione de Propaganda Fide, ac Sacrorum Rituum, & in confectione processuum Beatificationum, & Canonizationum.

17 Collegium horum Protonotariorum tenere solet Capellanus.

18 Subscribuntur Supplementa auctoris, ad n. 20.

21 Note Additiones.

Protonotarii dicti sunt à verbo græco *Protos* quod latine idem est ac *primus*. Unde S. Stephanus Protomartyr dicitur, quia primus pro Christi nomine martyrio coronatus fuit, sicque est primus Martyr, ut declarat Glossa in *Authentic. de Tabellionibus* §. Illud quoque collat. 4. Hinc Protonotarii sunt primi Notarii Sedis Apostolicæ. Hæc tamen in Bullis aliisque Pontificiis literis illos nominat simpliciter *Notarios*, ut notant Cassan. in *cathalog. gloria mundi part. 5. considerat. 28. Card. Petra Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 5. Constit. 4. Pii II. n. 2. Barbosa lib. 1. Juris Ecclesiastic. univers. cap. 23. num. 4. & alii passim; Quamvis in Regulis Cancellariæ ponatur illud nomen ad majorem excellentiam; In literis tamen Apostolicis isti, qui Collegium Prelatorum in Curia constituunt, appellantur cum adjecto *de numero participantium*, ut ita distinguantur ab aliis simplicibus, ut tradunt Card. de Luca in *Relat. Romane Curiae disc. 44. num. 2. Card. Petra loc. cit. num. 2. & alii: Potesque addi, quod sic appellantur ex quo, præ aliis, participant & habeant quotidie panem honoris, & vestes in Coronatione, & morte Pontificis, & locum in Cavalcatibus Pontificalibus, ex constit. Sixti V. incip. Romanus Pontifex:.**

Dicti Protonotarii, seu Notarii Sedis Apostolicæ fuerunt numero septem, instituti à primordiis Ecclesiæ, à Ss. Clemente I. Anthero etiam I. & Julio similiter I. Ad res Martyrum & quæcumque ad Ecclesiam pertinent, fideliter describenda, & descripta scribis Ecclesiæ reconducenda; ut dicit Sixtus V. in cit. *constit.* Romanus Pontifex: ideoque præcipuum eorum munus versatur in processibus, qui fiunt super Canonizationibus,

seu

seu Beatificationibus Servorum Dei, & in registrando acta Summorum Pontificum, & Ecclesiarum, Card. de Luca loc. cit. n. 2. Card. Petra loc. cit. n. 1. & G. Card. Baronius ad annum 238. num. 1. & alii.

4. Istud Collegium septem Notariorum Sedis Apostolicæ fuit ampliatum, ad numerum duodecim à Sixto V. constit. incip. Romanus Pontifex: maximis privilegiis fuit decoratum ab eodem Sixto V. in cit. & alia constitut. incip. Laudabilis: Et in primis §. 3. Doctores faciendos concedit; Et §. 4. Notarios creandi; Et §. 5. Spuriis legitimandi ad successionem bonorum etiam Ecclesiasticorum: Et §. 6. Statuta pro Collegio condendi; Et §. 7. Familiare Papæ, Prelati domestici declarantur; Et §. 8. concedit, ut panem honoris quotidie, & vestes in coronatione, & morte Papæ, & locum in Cavalcatu Pontificali habeant; Et §. 9. Ut Literæ Apostolicæ gratis pro eis expediantur; Et §. 10. Ut emolumenta illis assignata nusquam ei diminuantur; Et §. 11. Licentiam dat deferendi arma pro ipsis, & eorum familiaribus; Et §. 12. Facultatem eis concedit testandi, etiam de acquisitis in bonis Ecclesiasticis pro ducatis duobus mille; Et §. 13. eos eximit & totaliter liberat à quorumcumque Ordinationum, & aliorum omnium Judicium jurisdictione, potestate, superioritate, & dominio, ac Sedis Apostolicæ jurisdictioni, & potestati dumtaxat immediate subijcti; Et §. 14. Facultatem concedit creandi quolibet anno unum Notarium, seu Protonotarium Titularem, non participantem; Et §. 15. Locum eis designat in Signaturis; Et §. 16. Pariter in actibus publicis Consistorii. Et §. 17. Canonizationibus quoque Sanctorum. Et §. 18. Consistoriis quoque publicis, & Cappellis. Et §. 19. Concedit, ut habeant monetæ argenteæ & aureas Coronationis. Et §. 20. Constituit quando Papæ serviant. Et §. 21. Quando utantur Pontificalibus. Et §. 22. Altarique portatili.

5. Officium Protonotarium Apostolicorum Participantium est venale ratione emolumentorum valoris scutorum duodecim mille circiter, magis vel minus juxta diversas temporum contingentias, ex quibus emolumenta crescere, vel decrescere solent; Card. de Luca loc. cit. n. 2. Card. Petra loc. cit. n. 23. ubi dicit esse in pratio scutorum 14. mille circiter.

6. Hoc Protonotarium Collegium fuit semper in maxima veneratione, & in illud admitti non solent, nisi nobilissimi, & undequaque ornatissimi viri; Unde ex illorum numero quamplurimi ad Cardinalatum, & multi etiam ad Summum Pontificatum promoti fuerunt, ut tradunt Card. Petra loc. cit. num. 22. Barbosa loc. citat. num. 7. & alii passim.

7. Olim isti Protonotarii habebant præcedentiam super Episcopos, ac consequenter super omnes Prælatos, ut innotuit alios tradit Cardinal. Petra loc. cit. n. 4. At Pius II. constit. incip. Cum servare: præcedentiam Episcopis, etiam electis, super Notarios Papæ, vulgo Protonotarios nuncupatos, debere statuit ubique in Curia, & extra.

8. In Consistoriis vero publicis quatuor Notarios assistere decrevit proximiores Solio Pontificio honorabiliori loco; ut videri potest in dicta constitutione. In ipsis enim publicis Consistoriis, ubi de rebus, quæ geruntur, authentica conficiant instrumenta, rogari consueverunt quatuor ex eis, qui Numerati dicuntur, aut ipsis absentibus, totidem ex aliis secundum institutionem eorum seniores, juxta gradum Apostolici Solii honorabiliorum occupant locum, Sedique Pontificæ proximiores assistent: Siquæ isti Protonotarii in equitationibus solemnibus, quæ fiunt occasione possessionis Romani Pontificis apud Ecclesiam Lateranensem, in ingressu Regum, & Magnorum Principum, ac hujusmodi, præcedentiam habent super Episcopos, & Archiepiscopos Assistentes; Tunc enim primum locum occupant Episcopi. Assistentes Cappellæ Pontificæ, deinde Protonotarii, & post eos accedunt Archiepiscopi, & Episcopi non Assistentes aliique Prælati juxta eorum ordinem. Sic Cardinal. de Luca loc. cit. n. 3. Card. Petra loc. cit. num. 10. Barbosa loc. cit. n. 3. & alii passim.

Protonotarii Apostolici in capella Pontificia, aliisque actibus distinctis à mox dictis præcedunt quoscumque alios Prælatos non Episcopos; Siquæ præcedunt Auditores Rotæ, Clericos Camera, aliosque inferiores Prælatos, ac Generales Religionum; Cardinal. de Luca loc. cit. n. 3. Cardinal. Petra loc. cit. n. 13. & alii communiter; & colligitur ex cit. constit. Pii II. incip. Cum servare: ubi statuitur quod ubique habeant locum post Episcopos.

Item præcedunt Sacristam Papæ, si non sit Episcopus; S. R. C. 11. Febr. 1598. & 13. Januar. 1601. Cardinal. Petra loc. cit. n. 14. & alii communiter in dicta constitut. Pii II. Cum servare.

Insuper præcedunt Præceptorem Hospitalis S. Spiritus Urbis, Archimandritam Messanensem, & Abbates usum Mitre habentes, ac Correptorem Cancellaria. Sic expresse S. Rit. Congr. 13. Julii 1601. apud Barbosam loc. cit. num. 8. Card. Petra loc. cit. n. 15. & alii passim per cit. constit. Pii II. Cum servare.

Item præcedunt omnes Canonici Patriarchalium Urbis tam in ipsis Patriarchalibus, quam in quibuscumque Cathedralibus extra Urbem; sic servari mandavit Sac. Rit. Congregat. cum oraculo Pauli V. sub die 4. Maii 1513. testibus Barbos. loc. cit. num. 10. Cardinal. Petra loc. cit. n. 21. & Nov. in Summa Bullar. tit. de Protonotariis n. 8.

Protonotarii participantis induunt Vestem, & mantelletam violaceam cum usu rochetti in publicis functionibus, & habent in pileo private quoad alios Prælatos floccum rosacei coloris; necnon pileum Prælatium nigrum cordulis violaceis circumdatum cum floccis dicti coloris rosacei. Sac. Rit. Congr. in causa Urbis Protonotarium 17. Febr. 1617. apud Barbos. loc. cit. n. 6. & tradit expresse Cardinal. Petra loc. cit. n. 23. qui immediate sub n. 24. sic subjungit.

Quoad pileos usuales fuit habita Congregatio quædam particularis die 6. Aug. 1674. in causa vitæ Protonotarii; & inter positores Cardinal. Casenate reperitur sequens adnotatio.

Die 7. August. 1674. vitæ Protonotarium.

»In Congregatione particulari habita in ædibus »Eminentissimi Brancatii, in qua interfuerunt idem »Eminentissimi, necnon Eminentiss. D. D. Cardinales »Rasponus, de Maximis, Carpineus, & Casanate, in »presentia à Secretis Congregat. Rituum, fuit propositum votum, An Collegio D. D. Protonotarium participantium concedenda sit facultas vitæ argenteæ in »pileo, attento quod vitæ violacæ ex concessione »Apostolica fuit concessa Auditoribus Rotæ, & Clericis Camera Apostolicæ; Eminentissimus Brancatius »dixit, posse concedi; Eminentiss. de Maximis non esse »concedendum, quia metalla sunt promiscua & talis »concessio forsân esset injuriosa Sacro Collegio. Eminentissimus Carpineus dixit posse concedi vitam coloris rosacei, necnon tintinabula in cingulo; Eminentiss. Casanate in voto Eminentiss. Carpinei » tandem convenere in Voto Eminentissimi Carpinei »quoad vitam tantum.»

In capella Pontificia Protonotarii Participantes utuntur cappis juxta morem aliorum Prælatorum, nunquam tamen Cottiis super Rochetum, uti utuntur Auditores Rotæ, Clerici Camera, & alii inferiores Prælati in processionibus, & certis aliis actibus: Isti enim Protonotarii semper incedunt cum cappis. Sic expresse Cardinal. Petra loc. cit. n. 25.

Unus istorum Protonotarium Participantium semper intervenit in Congregatione de Propaganda Fide, in Congregatione Sacrorum Rituum, & in confectione Processuum Canonizationum, seu Beatificationum Servorum Dei, Card. de Luca in relatione Romanæ Curie discurs. 18. num. 14. & discip. 44. num. 4. Card. Petra loc. cit. num. 27. Vide supra n. 4. §. 17. constitutionem Sixti V.

Col-

7. Collegium Protonotarium Participantium tenere solet capellas, prout quolibet anno eam tenent in Ecclesia Sancti Andree de Valle Clericorum Regularium, in Festivitate S. Cajetani, qui de eodem Collegio fuit teste Card. Petra loc. cit. n. 26.

18. Protonotarii Apostolici participantis nequeunt promovere absentes ad gradus Doctoratus, Benedicti XIV. tit. 1. constitut. 106. Inter. Conspicuos §. 23. Præsentis vero in Urbe non nisi sex in singulos annos servatis servandis, & cum conditionibus præscriptis. Idem ibid. §. 25. Protonotarium non participantium numerus immerito incusatur. Idem constit. incip. Quamvis §. 1. §. 4.

19. De origine Protonotarium vide si lubet Maestr. in Hierolexic. verb. Protonotarius Cardinal. Jacobat. de Concil. lib. 1. art. 5. Felic. Anton. Guaner. de Eccles. militant. lib. 3. cap. 7.

20. Duo vero hic non sunt omittenda. Alterum est, quod ex constitutione S. M. Benedicti XIV. data quarto Kalendas Septembris 1744. de qua meminimus etiam Auctor in supplem. n. 18. & 19. Collegio Protonotarium de numero participantium non licet hodie ad Doctoratus gradum absentes promovere, prævio examine in partibus explendo; sed solum conceditur sex personis singulis annis in Urbe vere, & realiter præsentibus prævio rigoroso examine personaliter, & collegialiter per ipsos Protonotarios faciendo promovere. Et numerus dictorum sex Doctorum quavis de causa uno anno non completus hand potest subsequentibus annis suppleri. Qui vero ita ab hoc Collegio in Urbe ad Doctoratus gradum promoventur, illis demgaudent privilegiis, quibus gaudent promoti ab Archiepymasso Sapientie etiam ad effectum assequendi Ecclesias Cathedralis.

Alterum, quod hic expendere necessarium est, an yacato per contractum Matrimonii Protonotariatu, Reservatius decreti amittit pretium? Rationes hinc inde assert Rigant in commentar. ad Reg. Cancellar. Reg. §. 8. a num. 87. ad plur. sequunt; & pro affirmativa opinione de rigore juris procedunt; æquitate vero habere subdit opinionem negativam: »Et æquitatem hanc »sequutus (inquirit) S. M. Clemens XI. quum anno 1705. »per matrimonium contractum à Principe Hieronymo »Pamphilio vacasset Protonotariatus per ipsum obtentus, pro cuius pretio, & emolumentis reservatum erat »decretum favore clar. mem. Principis Joannis Baptiste Patris, mandavit ex gratia Protonotariatus pretium »eidem Principi restitui.»

PROTONOTARIUS TITULARIS, seu extra numerum.

SUMMARIUM.

- 1. Protonotarius titularis, seu extra numerum potest in Ecclesia, & functionibus Ecclesiasticis deferre habitum prelatium.
2. Protonotarius titularis precedit Canonicis Cathedralium uti singulis, non autem collegialiter.
3. Protonotarius titularis non debet ratione sui protonotariatus munera aliis de jure, seu de consuetudine spectantia sibi vindicare.
4. Protonotarius titularis paramenta benedicere non potest.
5. Protonotarius titularis non potest paramenta sumere pro Misa ab Altari, sed in Sacristia, sicut ceteri.
6. Protonotarii titulares post Abbates, & non supra sedere debent.
7. Protonotarii titulares locum digniorem cedere debent Officialibus Episcopis, & dignitatibus Cathedralium.
8. Protonotarii titulares neque supra, neque inter Canonicos locum habere debent.
9. Protonotarii titulares in Conservatores deputari possunt.
10. Protonotarius titularis gaudet fori privilegio in civilibus, & criminalibus causis.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VII.

11. Protonotarius titularis qualiter sit exemptus à Jurisdictione Ordinarii.

12. Protonotarius ut dignitas non potest abacum preparare, dum celebrat more Prælatorum.

13. Protonotarius titularis potest apponere Pileum semper insignibus, & habere annulum, dum celebrat, dummodo non cum gemma.

14. Unde quamvis Protonotarii titulares non possint in Missa gestare annulum cum gemma.

15. Possunt tamen ipsi, sicut & Canonici in Missa gestare illum sine gemma, & sine aliqua Effigie.

16. Protonotarii titulares possunt concionari cum Mantelletis, & Rochetto.

17. Canonici Protonotarius incedere potest cum Habitu Prælati, & summum retinere locum in Choro.

18. Alia, que concernunt Protonotarios Canonicos remissive.

19. Novæ add. inseruntur.

Protonotarius titularis, seu extra numerum, non potest prohiberi deferre habitum Prælatium, nempe rochetum cum mantelletis coloris violacei, & in Ecclesiis, & functionibus ecclesiasticis cum eodem habitu incedere, & sedere juxta dispositionem Cærimonialis lib. 1. cap. 13. S. Cong. Rit. in Masarion. 28. Septembris 1630. & in Casanien. 5. Julii 1631.

Protonotarius titularis precedit Canonicis Cathedralium uti singulis, non autem collegialiter. Sac. Cong. Rit. in Concord. 16. Maii 1601. & 11. Julii 1602.

Protonotarius titularis non debet ratione sui protonotariatus munera aliis de jure, seu de consuetudine spectantia, sibi vindicare. S. C. R. in Caputagen. 18. Maii 1601.

Protonotarius titularis paramenta benedicere non potest. S. C. R. die 27. Julii 1627.

Protonotarius titularis non potest paramenta sumere pro Missa de altari, sed in sacristia ut ceteri. S. C. R. in Arculana in Apulia 6. Mart. 1610.

Protonotarii titulares post Abbates, & non supra sedere debent. Sac. Congr. Rit. in dict. Arculana in Apulia 6. Martii 1610.

Protonotarii titulares tam in sessionibus in Ecclesia, quam in processionibus debent cedere locum digniorem Officialibus Episcopis, & dignitates obtinentibus, & Canonicis Ecclesiarum Cathedralium; Sac. Congreg. Rit. in causa Castellæ, & Legionis 30. Apr. 1604. Clemens VIII. Cons. incip. Decret. Romanum.

Protonotarii titulares neque supra, neque inter Canonicos locum habere debent. Sac. Cong. in Spoletana Terra Cascia 23. Martii 1719.

Protonotarii titulares in Conservatores deputari possunt. Sac. Cong. Concil. de anno 1630. apud Barbosam in Summa constit. Apost. verb. Protonotarius titularis n. 18.

Protonotarius titularis in habitu clericali incedens, tam in civilibus, quam in criminalibus causis Fori privilegio gaudet, quamvis non sit adscriptus servitio alicujus Ecclesiæ. Sac. Cong. Concilii in Toletana 27. Martii 1632.

Protonotarius titularis ex privilegio in civilibus est exemptus à Jurisdictione Ordinarii quoad causas excedentes summam 25. ducatorum; Leo X. constit. 10. incip. Regimini: Cone. Lateranen. V. Sess. 10. Const. 2. quæ Concil. Tridentinum. Sess. 24. de Reform. cap. 11. non derogavit privilegiis protonotarium, nisi in causis criminalibus, prout declaravit S. C. ejusdem Conc. in Papien. 14. Decembr. 1630. apud Barbosam supra Conc. Trid. loc. cit. n. 2. & in Summa loc. cit. n. 3.

Protonotarius ut dignitas non potest preparare Abacum, dum celebrat more Prælatorum; S. C. R. in Comaculen. & Neocastren. 21. Aug. 1601.

Protonotarius titularis non participans potest apponere pileum super insignibus, & habere annulum, dum celebrat, dummodo non cum gemma. S. C. R. in dict. Comac. & Neocastren. 21. Aug. 1601. apud Cordubam Ccc in

- in prax. dispens. Apostolicar. lib. 5. c. 6. n. 52. Barbosa in Summa dec. Apostol. verb. Protonotarius titularis n. 6. Piton. consilii. & Dec. ad Canonico. n. 119.*
- 14 Ude quamvis Protonotarii titulares non possint in Missa gestare anulum cum gemma, ut censuit Sac. Cong. Rit. in dist. Comach. & Neocostren. & alias die 13. Febr. 1625. & 20. Novemb. 1520. apud Pit. loc. n. 459. ex Gavant. his verbis: *Annuli usus prohibetur protonotariis non participantibus; Doctoribus quibuscumque Canonice Cathedralium; Tamen die 4. Aug. 1663. Ead. Sac. Cong. Rit. apud eundem Pit. loc. cit. num. 722. ex eodem Gav. statuit, ut sequitur: Possunt Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie.*
- 16 Protonotarii titulares possunt concionari cum mantelletta, & rochetto. Vide verb. Predicator. n. 63.
- 17 Protonotarius incedere potest cum habitu praelatio, & suum retinere locum in choro. Sac. Cong. Rit. in Burgi Sancti Sepulchri 22. Aug. 1722. teste Ursaya in miscell. primolii. C. n. 36.
- 18 Alia, quae concernunt Protonotarios Canonicos, Vide verb. Canonicus art. 9. a n. 81. ad 90. & verb. Resolutiones Sacrae Cong. in relato Indice i. Decret. Merati n. 171. 337. & 437. & 445.
- 19 Protonotarii de quibus hic agitur creati possunt non solum a Papa, sed & a Legatis de latere alii que quos recenset Rigant. in comment. ad Reg. Cancellar. Regul. 1. §. 4. n. 45. & quidem etiam in Urbe, quum agatur de actu voluntariae jurisdictionis, qui ubique locorum etiam in Urbe Summo Pontifice non absente exerceri potest; Ventriglia in prax. p. 1. adnot. 26. n. 15. Rota cor. Puteo dec. 162. l. 1. Confer etiam Rigant. ib. n. 137. & seq.
- 21 Omnium autem horum protonotariorum beneficia sunt reservata vigore Extravagantis ad Regimen, & Regule prim. Cancellar. Confer Rigant. ubi supra n. 46. & plur. seq. ubi quid in Germania, tum quid in Polonia servetur quoad reservationem hanc.
- 22 Ut autem locum sibi vindicet hae reservatio, debet protonotariatus probare, & quidem plene & concludenter, sive agatur de ea probanda favore Sanctae Sedis, sive favore protonotarii. Praesertim si ex capite protonotariatus induci praetendatur reservatio contra Reum, & possessorem beneficii, atque in ea per promissum Apostolicum reponatur principale fundamentum gratiae tendens ad irritam declarandam praecedentem collationem Ordinarii; Rigant. loc. cit. numer. 61. & plur. seq. ubi de concludentibus modis ipsam probandi agit, examinaque, an per testes probari ipse valeat.
- 25 Questionarium etiam est, an necessaria sit acceptio Protonotariatus ad effectum reservationis. Vide & de ea eundem Rigant. eodem loco a n. 74. ad plur. seq.
- 26 Convenit vere inter omnes, quod beneficia protonotariorum sint reservata, etiamsi li fidel professionem & fidelitatis juramentum non emisserint, tum propria insignia non assumpserint; Rot. cor. Caprar. dec. 131. n. 10. & seq. & in Segobien. beneficii cor. Lancet. dec. 1292. n. 8. cor. Crisp. §. Quin.
- 27 Quinimmo, & reservata sunt beneficia illius, qui fuit protonotarius de facto, & non de jure; maxime si publice, & palam se gesserit ut protonotarium, nam sicuti sustinentur actus ab eo gesti, ita illius Beneficia sunt reservata; Rigant. loco citato memorato n. 123. & plur. seq.
- 28 Protonotariatus vero, qui concedi solet a Comitibus Domus Sforzae, reservationem non inducit. Nec eum admittit Secretaria Brevium. ¶

PRUDENTIA. Vide verb. Virtus n. 96.

PSALMUS, PSALTERIUM.

SUMMARIUM.

- 1 Psalmus quid sit.
- 2 Psalterium quid sit.
- 3 Psalterium ad quid antiquitus interseriverit, & ad quem usum fuerit deinde translato.
- 4 Apud Ecclesiasticos pro psalterio intelligitur liber psalmodum.
- 5 Psalterii versus, etsi in nostra lingua sine metro procedant, apud Hebraeos tamen sunt versus metrici ex pedibus lyricis.
- 6 Quinam fuerit psalmodum Auditor, ad n. 10.
- 11 Liber psalmodum, seu psalterium constat ex 150. Psalmis, cujus numeri assignantur mysticae rationes.
- 12 Psalmodum alii sunt Invitatoriales, alii Penitentiales, & alii Graduales. Invitatorialis est unicus.
- 13 Penitentiales sunt septem maxima utilitatis ad penitentibus lecti, seu recitati.
- 14 Cur psalmi penitentiales sint septem.
- 15 Graduales numero sunt 15. & cur dicantur Graduales.
- 16 Psalmodum, & hymnorum cantus fuit in usu a tempore Apostolorum.
- 17 An jam etiam a tempore Apostolorum fuerit in usu alternus psalmodum cantus; Et quis inter Latinos invexerit in Ecclesiam alternum cantum.
- 18 Sanctus Damasus Papa decreto generali firmavit alternum psalmodum cantum, & communem fecit totae Ecclesiae, statuens insuper, ut in finem cujuslibet psalmi diceretur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto &c.
- 19 Psalmi uti modo recitantur in divino officio, a quo fuerint sic partiti, & distributi.
- 20 Cur decem, & octo psalmi sint constituti, & distributi in Matutinis Dominicarum.
- 21 Cur duodecim constituti, & distributi in Matutinis Feriarum.
- 22 Cur novem constituti, & distributi in Matutinis festorum Domini, & Matutinis de Sanctis.
- 23 Cur quinque in Laudibus; & quare dicantur quinque, licet vere sint octo.
- 24 Psalmi Laudum dicuntur quinque, licet quartus sit proprie Canticum, & cur.
- 25 Ex dictis quinque Laudum psalmis duo mutantur in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam palmarum inclusive, & cur.
- 26 In Laudibus ferialis Officii per annum cur primus psalmus sit Miserere, & varietur secundus.
- 27 In Laudibus qualibet die hebdomadae loco quarti psalmi ponitur unum Canticum, & cur.
- 28 Canticum quid significet.
- 29 Laudes cur sic dicantur: & cur Canticum in ipsis sumatur pro psalmo.
- 30 Psalmus quid sit.
- 31 Canticum quid sit.
- 32 In prima Dominicis diebus per annum, & Feriis Subbato excepto, recitantur quatuor psalmi, & cur.
- 33 In Festis autem totius anni, & Dominicis tempore paschali recitantur tantum tres, & cur.
- 34 In Tertia, Sexta, & Nona recitantur tres psalmi, & cur; Et quare pro Prima, Tertia, Sexta & Nona simul recitentur psalmi duodecim.
- 35 Dicit Divinarum Horarum psalmi a Beati Immaculati in via usque ad Principes persecuti sunt me gratis non sunt verba distincti psalmi, sed potius unicus tantum psalmus distributus in plures partes, quarum qualibet ex 16. versibus est constituta, & cur.
- 36 In Vesperis quinque recitantur psalmi, & cur.
- 37 In Completorio quinque recitantur psalmi, & cur.

Si

- 38 Si dividantur omnes psalterii psalmi per Horas, ad Matutinum recitantur in tota hebdomada 91. Ad Laudes 13. Ad Vesperas 35. Ad alias Horas 11. qui omnes simul faciunt 150. quibus constat psalterium.
- 39 Psalterium, quo utitur Romana Ecclesia, est ex translatione S. Hieronymi, & differt a psalterio translationis LXX. Interpretum, quod adhibetur Romae in Aede Vaticana S. Petri.
- 40 Unde psalterium excerptum ab Officio Divino a S. P. N. Francisco est illud translationis LXX. Interpretum.
- 41 Ultra supradictos 150. psalmos habentur in Breviario septem Cantica distributa, & posita in unaquaque die hebdomadae loco quarti psalmi Laudum, & assignantur.
- 42 Ex Evangelio habentur in Breviario alia tria Cantica, nempe Magnificat pro Vesperis, Benedictus pro Laudibus, & Nunc dimittis pro Completorio.
- 43 Etiam carii psalmi praenotantur in psalterio cum titulo Cantici, & alii cum titulo Psalmi Cantici.
- 44 Assignantur in quibus differant psalmus Canticum, psalmus Cantici, Canticum psalmi, & Hymnus.
- 45 Psallendi ordo sequendus, quem tenet Ecclesia Metropolitana.
- 46 Psalmi vulgares non possunt in Ecclesia recitari.
- 47 Psalterium B. M. V. constans ex 150. Ave Maria est cum Indulgentiis concessum a Sixto IV.
- 48 Subnectuntur Supplementa Auditoris.
- 1 Psalmus vox est hebraea, significans cantum, oden, hymnum. Beyerlinck in theatro vitae humanae verb. Psalmus lit. E. Unde apud Ecclesiasticos Scriptores psalmus intelligitur carmen sacrum, sive Dei laus metrica scripta, sive solo ore, sive instrumentum decantata: quamvis psalmus genericus caput etiam de profanis cantionibus, & quae ad quodcumque musicum instrumentum recitantur, accipiatur. Idem ib.
- 2 Psalterium dicitur vas musicum decem chordarum. Tostat. comment. in 1. Paralip. p. 297. col. 1. Unde Scriptura sapienter dicitur decem chordarum meminisse. Hoc decachordum psalterium pulsatur a parte inferiori, & reddit sonum a superiori. Et hebraice vocatur nablum, & psalterium, graece Organa. Tostat. in Genes. fol. 44. col. 2.
- 3 Psalterium, ut opinatur Euthymius apud Beyerlinck loc. cit. antiquitus mulcendo gregi serviebat. At David ejus usum sapienter ad Dei cultum transtulit, cantoresque instituit, quod primum fecit in translatione Arcae ex domo Obbededon 1. Paralipom. cap. 15. Unde usus invaluit, quod apud Ecclesiasticos pro psalterio intelligitur liber psalmodum, juxta illud Lucae 29. num. 42. David dicit in libro psalmodum, & illud Actor. 1. num. 20. Scriptum est enim in libro psalmodum.
- 4 Psalterii versus, etsi in nostra lingua sine metro procedant, apud Hebraeos tamen versus metrici sunt ex pedibus lyricis, juxta illud Psalterium lyrici compositore pedes. Et dicuntur pedes lyrici, quia ad lyram concinentem dicebantur, scilicet citharis, organis, & musicis instrumentis; Tostat. in Genes. fol. 44. col. 1.
- 5 Quoad psalmodum Auditorem, seu Auditores, varii varia sentiunt. Ludovicus enim Vives in cap. 14. l. 17. ad Civit. asserit ante Originem nullum fuisse dubium apud Judaeos Davidem omnium psalmodum esse Auditorem: postquam vero Origines summa sua eruditione cepit ostendere quacumque in Prophetis, maxime in psalmis contenta, ad Christum jam natum pertinere, Judaei talibus convicti fortissimis argumentis, ad novae opinionis veteribus suorum Magistrorum contrarias confugerunt: Alii solum illorum psalmodum, qui ejus nomine inscribuntur, Auditorem Davidem asserentes; Alii novem solummodo ab eo conceptos, ceteros vero ab illis, quorum nominibus praetulantur, fuisse dictatos, sustinentes: inde factum est, ut etiam Sacri

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. VII.

Interpres Christiani in varias abierint sententias. Sanctus enim Augustinus, Theophylactus, Euthymius, & hos secuti Emmanuel Sa, Mariana, & alii apud Tiri-num praefat. in l. psalmodum, volunt solum Davidem omnium psalmodum fuisse Auditorem. Et de facto Sanctus Augustinus l. 14. de Civitate Dei cap. 17. sic expresse dicit: *Mihi credibilis videntur existimare, qui omnes illos centum quinquaginta psalmos Davidis operi tribuunt.* Et quamvis ipse Sanctus Augustinus tom. 8. impressionis Lugdunensis de anno 1664. in expositione tituli primi psalmi dicat, *Non enim omnes psalmi a David editi sunt... David ergo solus novum psalmos ore proprio cecinit:* Haec aliena manu in textum Augustini irrepsisse Eruditi animadvertunt, ut notat Calmet in dictionario Sacrae Scripturae verb. Psalmi vers. Haec pro David: Et quod solus David omnium sit Auditor psalmodum deducit Cassiodorus praefat. in psalm. ex constanti usu, & traditione Ecclesiae, ibi: *Usus Ecclesiae Catholicae Spiritus Sancti inspiratione generaliter, & immobilitate tenet, ut quicumque eorum psalmodum decantandus fuerit, Lector aliud praedicare non audeat, nisi psalmos David.* Quod & tenet Theodoretus, Chrysostomus, & alii Praefat. in psalm. & Gav. r. 2. sed. 5. cap. 8. num. 4. vocat sententiam hanc communio-nem. Immo S. Philastrius, haeresi 126. inter haereticos reputat qui secus senserint.

Et hanc sententiam de solo Davide omnium Auditore psalmodum colligunt supradicti ex variis Scripturae locis, & in primis ex 2. Reg. cap. 23. num. 1. ubi David ipse haec de se prodicit: *Dixit David filius Isai. egregius psalter: Spiritus Domini locutus est per me.* Item ex 2. Paralipomenon cap. 7. num. 6. ubi expressè dicitur: *Sacerdotes autem stabunt in officiis suis, & Levitae in organis carminum, quae fecit David ad laudandum Dominum, quoniam in aeternum miseretor dia ejus, hymnos David canentes per manus suas.* Et variis aliis veteris Testamenti relictis textibus, in Testamento novo Lucae cap. 20. num. 42. aperte dicitur *David dicit in libro psalmodum, & concordat Matth. cap. 22. num. 43. & Marc. cap. 12. num. 36.*

Contrariam sententiam, nempe non omnium psalmodum Auditorem esse Davidem, defendunt Sancti Hieronymus, Hilarius, Tostatus, Tiriinus, & alii plures dicentes varios psalmos a variis Prophetis compositos fuisse, his nempe, qui in Titulis subinde praenotantur, v. g. Asaph, Moyses, Ethan, Eman, Idithum, & tribus filiis Core, sed plures a Davide; Quos deinde Esdras simul omnes in unum volumen compegit, & incepit esse liber psalmodum. Et revera Sanctus Hieronymus Epist. ad Cyprianum discrete pronuntiat: *Scimus errare eos, qui psalmos omnes David arbitrantur, & non eorum, quorum nominibus inscripti sunt.* Et distinctus Epist. ad Sophronium scribit: *Psalmos omnes eorum testatur Auditorum, qui ponuntur in titulis, David scilicet, Asaph & Idithum filiorum Core, Eman, Esdras, Moyses, & Salomonis, & reliquorum, quos Esdras primo volumine comprehendit.* Et Sanctus Hilarius praefat. in psalm. & comment. in psalm. 131. expresse dicit *Abrudum est psalmos David dicere, vel nominare, cum ibi Auditores eorum ipsi inscriptionum titulis commendantur, & Tostatus praefat. in lib. Regum quest. 20. vers. Respondendum est de psalmis, ait: Quamquam David fecerit quosdam psalmos, tamen non omnes, fecerunt enim fuisse decem Auditores psalmodum. Quod & clarius dicit in cap. 22. Matth. quest. 340. Et Tiriinus praefat. in lib. psalm. probabiliorē hanc vocat sententiam, quia in fine psalmi 71. desinere dicuntur psalmi Davidis, ibi: *Defecerunt laudes David filii Jesse, & mox subnectuntur psalmi Asaph Prophetae, ut patet in titulo psalmi 72. Et 2. Paralipomenon cap. 29. num. 30. praecipit Ezechias Levitic. ut cantent psalmos non modo Davidis, sed etiam Asaph, ibi: Praecipitque Ezechias, & principes Levitis, ut laudarent Dominum sermonibus David, & Asaph videntis.**

Unde quamvis difficile sit in hac accipiti materia quid-

Ccc 2 quid-

37 In Completorio quatuor Psalmi recitantur, quia per ipsos quatuor elementa corporis nostri Domino commendamus. In primo enim psalmo cum Christo quietem posuimus *In pace in id ipsum dormiam, & requiescam*. In secundo ad ea verb. que protulit Christus in extremo vitæ: *In manus tuas, &c.* optatus mori cum eo. In tertio, & quarto contra tentationes nocturnas armamur. Amalarius *lib. 4. de Offic. cap. 8. & de ordin. Antiphon. cap. 7.* Gavanti. *cit. scilicet. 4. cap. 6. numer. 7. & alii.*

38 Hinc habes, quod si dividas omnes psalterii psalmos per Horas, ad Matutinum recitantur in tota hebdomada 91. ad Laudes 13. ad Vesperas 35. ad alias Horas 11. qui omnes faciunt summam 150. quibus constat Psalterium. Gav. *loc. cit. scilicet. 5. cap. 8. num. 7.*

39 Psalterium autem, quo Romana Ecclesia utitur, est ex translatione Romana & S. Hieronymi teste Rodulph. *propos. 8. & differt à psalterio translationis septuaginta Interpretum, quod adhibetur Romæ in Æde Vaticana S. Petri, quo etiam utuntur Ambrosiani.* Gavanti. *cit. scilicet. 5. cap. 6. num. 4.* Unde S. P. N. Seraphicus Franciscus in c. 3. suæ Regule, ubi excipit ab Officio Divino psalterium, intelligit de dicto psalterio translationis septuaginta Interpretum, quod in Vaticana Sancti Petri est in usu antiquissimo. Gavanti. *cit. scilicet. 5. cap. 8. num. 2.* S. Bonaventura citatus, & secutus à Petro Marchanti. in *expositione dictæ Regule cap. 3. q. 4.*

40 Ultra supradictos centum quinquaginta psalmos habentur in Breviario ex Sacris Literis Cantica distributa, & posita in unaquaque die Hebdomadæ loco quartii psalmi Laudum, nempe die Dominica Canticum *Benedicite omnia opera Domini Domino*, quod est trium puerorum, *Daniel. cap. 3.* Feria 2. Canticum *Confitebor tibi Domine*, quod est *Isaia cap. 12.* Feria 3. Canticum *Ego dixi*, quod est *Ezechia Regis, Isaia cap. 38.* Feria 4. Canticum *Exultavit cor meum*, quod est Annæ Matris Samuelis, *1. Regum cap. 2.* Feria 5. Canticum *Cantemus Domino*, quod est Moysis, *Exodi cap. 15.* Feria 6. Canticum *Domine, audivi*, quod est Habacuc, *Habacuc cap. 3.* Sabbat. Canticum *Audite Cæli*, quod est Moysis, *Deut. cap. 32.*

42 Ex Evangelio habentur in Breviario alia tria Cantica, nempe Canticum *Magnificat*, quod est B. M. V. *Luca cap. 1.* & recitatur, seu canitur in Vesperis. Canticum *Benedicite Dominus Deus Israel*, quod est Zachariæ Patris S. Joannis Baptistæ, *Luca cap. 1.* & recitatur, seu canitur in Laudibus, & Canticum *Nunc dimittis*, quod est Simeonis, *Luca cap. 2.* & recitatur, seu canitur in Completorio.

43 Etiam varii Psalmi prænotantur in psalterio cum titulo Cantici, ut Canticum *Psalmi*, & alii cum titulo *Psalmus Cantici*. Unde ad pleniorum intelligentiam notandum est, quod hoc interest inter Psalmum, Canticum, Psalmum Cantici, Canticum Psalmi, & Hymnum, quod *Psalmus* est carmen cum instrumento Psal-

✠ S. Hieronym. ter circa Psalterium insudasse communior Sententia est inter Eruditos. De versione psalterii ex Hebraico fonte non loquor, cum numquam in usu fuerit, vel apud Ecclesiam Romanam, vel penes aliam quamcumque Ecclesiam. De emendatione igitur psalmodum, juxta septuaginta Interpretum versionem, est sermo, in qua elaboranda bis S. Doctor suum impendit laborem. Hujusmodi emendationes sub nomine *Psalterii Romani*, & *Psalterii Gallicani* vulgo recensentur. De utraque sermonem habet S. Doctor in *Præfatione, seu Prologo in Librum psalmodum*. Psalterium Romanum adhuc in usu est in Vaticana Basilica. Gallicano psalterio utitur in Romano Breviario, atque illud est, quod insertum habemus in Vulgata Latina editione. Hæc tria sunt. Hinc constat, quantum à vero aberret Auctor noster hocce in libro. * Leges Dissertationem P. D. Augustini Calmet in textum, & veteres Psalmorum Versiones Art. III. ✠

terii; *Canticum* est vox musica cum harmonia ore solo prolata; *Psalmus Cantici* dicitur, dum Cantore præcipientem, organi modulatio subsequitur; *Canticum Psalmi* est contra, quod vox humana concentum sequitur. Organi; *Hymnus* autem est sermo in Dei laudem metricè compositus, sive ore, sive humana voce, sive instrumento musico recitatus. Sic colligitur ex Sanctis Hieronymo, & Chrysostomo in *Proleg. Psalm. Frassen. disquisit. Biblica §. XI. de libro Psalmor. n. 2.* Etyhymo citato, & secuto à Gavanti. *loc. cit. scilicet. 5. cap. 9. n. 1. & alii.*

Psallendi ordo sequendus, quem tenet Ecclesia Metropolitana, *cap. De his 13. dist. 12. ex Concilio Tolentino 11. cap. 3.*

Psalmi vulgares non possunt in Ecclesia recitari. 46 *Concil. Bracharen. 11. cap. 67.*

Psalterium B. M. V. quod ex 150. Ave Maria constat, ad instantiam Ducis Britannie recitari concessit cum indulgentiis Sixtus IV. *Const. 18. incip. Ea que.*

Psallendi debent omnibus in Choro incumbit, etiam Dignitatibus, & Canonicis, quacumque contraria consuetudine, aut presumpso privilegio non suffragante. *Bened. XIV. tom. 1. Constit. incip. Cum semper §. 24.* (Nota. Plura hic Auctor sine fundamento alioque adducit, ideo Lectores admonuisse oportuit.) *Vid. add. omis. in fin. tom. pag. 356.*

PUBERTAS. Vide verb. *Matrimonium art. 1. à numero. 31. ad 37.*

PUBLICA HONESTAS. Vid. verb. *Impedimenta Matrimonii art. 2. à num. 20. ad 27.*

PUNCTATOR, PUNCTATURA.

SUMMARIUM.

- 1 Punctator retinere debet librum in loco publico, ibique deficientes adnotare, ac librum ostendere cuiusque postulanti.
- 2 Contrapunctator ejusdem Ecclesie eligendus, ut confrontatione, si opus sit, possit detegi fraudes.
- 3 Compelli possunt Punctatores ad exhibendum librum Ordinario, non vero ad oretens eidem quotidie significandam deficientes.
- 4 Potest Episcopus cogere Canonicos ad præstandum juramentum de fideliter punctando in Choro.
- 5 Punctatores conveniunt prætermittentes punctare punctandos graviter peccant, & tenentur de proprio restituere distributiones, que accrescerent interessentibus.
- 6 Pœna Censurarum imponi non debet non restituenti damnium ex omissione punctandi, sed carceris ad triennium, & simillium.
- 7 Punctaturæ dari debent interessentibus, licet ex Decreto Episcopi applicanda essent aliis piis utibus.
- 8 Distributiones amissæ à Canonicis absentibus accrescent interessentibus quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, non obstante.
- 9 Salarium debetur Punctatoribus.
- 10 Canonici confabulantes in Choro sunt punctandi, & privandi distributionibus tamquam absentes.
- 11 Canonici non interessentes Canonii tempore Quadragesimæ possunt punctari.
- 12 Canonici non possunt exire à Choro, nisi petita venia à Majori, seu presidente sub pœna punctationis.
- 13 Episcopus potest augere punctationes, & quando servitium Ecclesie minuitur.
- 14 Canonici in Choro, vel in Ecclesia Divinis Officiis interessentes sine Habitu Canonicali, & Superpelliceo debent punctari.
- 15 Novem menses, quibus Canonici residere tenentur quolibet anno, non numerandi ex collectione punctaturarum, sed ex collectione dierum residentie, & servitii.

Punctator retinere debet librum in loco publico, ibique deficientes adnotare, ac librum ostendere cuiusque

PUNCTATOR PUNCTATURA.

que postulanti. *Sacr. Congr. Episcop. in Pistorien. 19. Nov. 1649.*

2 Contrapunctator ejusdem Ecclesie eligendus, ut confrontatione, si opus sit, possit detegi fraudes. *Sacr. Congr. Episcop. in Fundana 15. Februarii 1593. & in Lycien. 18. Februarii 1602.*

3 Compelli possunt Punctatores ad exhibendum librum Ordinario, non vero ad oretens eidem quotidie significandum deficientes. *Sacr. Congr. Episc. in Castellaten. 20. Aug. 1692.*

4 Potest Episcopus cogere Canonicos ad præstandum juramentum de fideliter punctando in Choro. *Sacr. Congr. Concil. 17. Mart. 1619. apud Barbos. de Canonicis n. 20.*

5 Punctatores, quorum electio spectat ad Capitulum, ut decrevit *Sac. Congr. Concilii in Conversanen. 4. Decembr. 1706.* admonendi sunt, quod si conveniunt prætermittant punctare eos, qui juxta Ecclesie, & Collegii statuta punctandi sunt, tenentur de proprio restituere distributiones, que accrescerent interessentibus; Et ulterius graviter peccant, prout illos monendo tradit *Episcopus Gravimen.* in suo tractatu *L' Ecclesiastico in Coro cap. 27. n. 33.* his verbis: "Or se nondimeno i punctatori per riguardi umani d' affetto, timore, speranza, qual altro sia, tralasciano di puntare i diffettanti, vengono ad essere ladri sfacciati, perchè levano palesemente l' emolumento à chi tocca per ragione di accrescimento, o altro titolo, e lo danno a chi per legge non tocca; Oltre di che si rendono elligio stessi rei del disservigio di Dio sul punto geloso del Divino suo pubblico culto, ed il loro peccato viene a contrarre certo che del grande coram Deo cotanto da lui detestato in questi suoi Ministri, i quali retraherant homines à sacrificio Domini;" Sic apud Monacell. *t. 4. supplement. ad 1. tom. n. 148.*

6 Pœna Censurarum imponi non debet non restituenti damnium ex omissione punctandi, sed carceris ad triennium, & simillium. *Sacr. Congr. Episcop. in Castellaten. 2. Augusti 1602. apud Nicol. in Flosculis verb. Punctator n. 6.*

7 Punctaturæ dari debent interessentibus, licet ex Decreto Episcopi applicanda essent aliis piis utibus. *Statutum in contrarium. Sacr. Congr. Episcop. 16. Junii 1601. apud Nicol. loc. cit. n. 7. & sæpe alibi, ut refert idem Nicol. in Flosculis verb. Distributiones sub num. 6.*

8 Distributiones enim amissæ à Canonicis absentibus accrescent interessentibus, quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili, non obstante; *Sacra Congregat. Concil. in Civitatis Castellane 30. Aprilis 1623. & in Nicien. 18. Novemb. 1628. & sæpe alibi apud Nicol. cit. verb. Distributiones sub n. 6.*

9 Salarium debetur Punctatoribus. *Sacr. Congregat. Episcop. in Meliten. 16. Aprilis 1602. apud Nicol. loc. cit. num. 5.*

10 Canonici confabulantes in Choro sunt punctandi, & privandi distributionibus tamquam absentes. *Sac. Congr. Episcop. in Nucerna 7. Septemb. 1591.*

11 Canonici non interessentes Concioni tempore Quadragesimæ possunt punctari, quia est defectus gravis, & mali exempli. *Sacr. Congr. Episcop. in Comenti. 10. Maii 1580. & in Castellaten. 20. Augusti. 1602. & alibi, ut refert Pignatell. t. 4. consultation. 206. n. 61.*

12 Canonici non possunt exire à Choro, nisi petita venia Archidiacono, sive Presidente per salutationem sub pœna punctationis. *Sac. Congr. Episc. in Aprutina 18. April. 1616. & Sac. Congr. Conc. in Lunen. Saranen. 3. Junii 1702. ad 1.*

13 Episcopus potest augere Punctaturas, quando servitium Ecclesie negligitur. *Sac. Congr. Concil. in Civitatis Castellane 25. Junii tom. 1. 1697. apud Monac. t. 2. form. 4. n. 4.*

14 Canonici in Choro, vel in Ecclesia Divinis Officiis interessentes sine Habitu Canonicali, & Superpelliceo debent punctari. *Sac. Congr. Rit. in Lunen. Saranen. 3. Martii 1633.*

Ad colligendum servitium novem Mensium, quibus residere tenentur Canonici quolibet anno, non sunt colligenda Punctaturæ, quasi ibi qui novem partes punctaturarum ex duodecim habuerint, servitium novem mensium debeant satisfacere, sed ipsi dies residentie, & servitii sive continui fuerint, sive interpolati, numerandi sunt ad complementum dictorum novem Mensium. *Sac. Congr. Episc. in Aquilana 25. Septemb. 1584. apud Barbos. De Canonicis cap. 26. n. 14.*

PURGATORIUM.

SUMMARIUM.

- 1 Purgatorium quid sit?
- 2 Dari Purgatorium est de Fide, & habetur ex 2. Machabæorum, cap. 12.
- 3 Item habetur ex 4. Tobia.
- 4 Item ex 4. Isaia.
- 5 Item ex 7. Michea.
- 6 Item ex 3. Malachia.
- 7 Item ex cap. 5. Matthæi, & 12. Luca.
- 8 Item ex ipsius Machabæi cap. 12.
- 9 Item ex 1. ad Corinth. 3.
- 10 Item ex 1. ad Corinth. 15.
- 11 Alia plura Scripturæ loca brevitate gratia relinquuntur videnda cum variis Conciliis, pluribus Sanctis Patribus, & solidis rationibus apud graves Auctores, qui assignantur.
- 12 Purgatorii locus communis secundum Legem communem, & ordinariam Dei est in ipsis terræ visceribus, & Inferno conjunctus.
- 13 Secundum autem Legem Dei particularem, & Dispensationem Divinam interdum aliquibus animabus destinatur pro Purgatorio aliquis locus particularis.
- 14 Purgatorium non est æternum, sed temporale.
- 15 Purgatorium non est ultra diem Judicii universalis duraturum.
- 16 Anima in Purgatorio plene purgata recipiuntur in Beatitudine ante diem Judicii.
- 17 Quanto tempore unaquaque Anima in Purgatorio detinetur?
- 18 Anima in Purgatorio cruciantur vero igne corporeo, & ejusdem speciei cum nostro elementari.
- 19 Anima in Purgatorio non torquentur à demonibus.
- 20 Nec obstant visiones, & apparitiones, que id videntur ostendere.
- 21 An Anima in Purgatorio existentes possint pro nobis orare, & aliquid nobis de congruo mereri, vel impetrare? & an miracula facere possint? cum plurimis aliis ad rem, remissive.
- 22 Subnectuntur Supplementa Auditoris, ad n. 23.

Purgatorium est quidam locus, in quo tamquam in carcere post hanc vitam purgantur Animæ, quæ in hac non plene purgatæ fuerunt, ut nimirum sic purgatæ in Cælum ingredi valeant, in quod nihil coquinatum introire potest; Est in re Communis inter Catholicos.

Dari Purgatorium est de Fide; Communis inter Catholicos, ex Concil. Trident. *sess. 6. Canon. 30. sess. 22. cap. 2. & Can. 3. & sess. 25. in Decreta de Purgatorio, & habetur ex pluribus Sacræ Scripturæ locis tum veteris, tum novi Testamenti; Et quidem ex veteri Testamento habetur 2. Machabæorum cap. 12. ubi expresse dicitur: Sancti ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur: Quæ verba cum neque de Beatis, neque de damnatis intelligi possint, sequitur necessario intelligenda esse de illis, qui in Gratia Dei ab hac vita decedentes non plene satisfecerint, & adhuc aliqua vincula habeant, à quibus post mortem solvi queant fidelium suffragiis, & potissimum acceptabili Altaris Sacrificio, ut dicit Concilium Tridentinum*